



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani**

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

**Gavanti, Bartolommeo**

**Antverpiæ, 1634**

Ad Candidvm Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40244**

# AD C A N D I D U M L E C T O R E M.



REVIARII Romani Leges & Rubricas , neminem adhuc legi , qui plenè explicauerit : nonnullas attigit in suo Cærimoniali Hispano Petrus Ruiz ; sed , earum aliquot in prima recognitione Breuiarij meritò mutatis , redditus est ferè inutilis eiusdem laudabilis labor. antiquiores alii , qui de Horis Canonicas scripserunt , quām paucissimas sunt persecuti ; earum formam cum causis mysticis indicarunt , præterea nihil plurimæ post Concilium Tridentinum additæ fuerunt Rubricæ , quæ Commentarijs egent , & Notis. Post horum Commentariorum Editionem primam , scripsit in easdem Breuiarij Rubricas Thomas Aluarez Lusitanus non contemnendum Opusculum ; in quo tamen abundat ille sæpiùs in sensu suo , præter legitimum Rubricarum sensum , quem in Vrbana Breuiarij recognitione diligentius examinaverunt Delegati ; & suis locis significabo. Itaque collegi in hoc altero Volumine Rubricas omnes , quæ ad Horas Canonicas attinent ; demonstrata , vt in priori Volumine , cuiusque ritus Origine , Causa , Obligatione , Praxi , & Vsu proprio , de Maiorum auctoritate , Decretis que sacræ Rituum Congregationis ritè & opportunè additis : diversa tamen methodo à superiori Volumine ; non textui Rubricarum modicus inhærens , sed ea omnia , quæ ad Breuiarium attinere , seu in Breuiario contineri videbantur , in decem Sectiones & centum Capita diuidens ; quibus non modò vniuersæ Ecclesiæ , cui labor meus deseruire potissimum debet , verùm etiam particularibus Ecclesijs ijs quæ earum sunt propria , fiat abundè satis. Moneo Lectorem , quod pro dignoscenda horum quoque Rituum antiquitate recurredum erit ad primos prioris Voluminis Indices : proprios autem dabunt Indices proximæ , quæ sequuntur , paginæ. Vale , & Auctorem salutis ora pro salute auctoris.

I N